

490 *imperare operantibus ea, que ordinantur ad istum ultimum finem, sicut gubernator navis, ad quem pertinet navigationem^d disponere, imperat ei, qui navem^e constituit, qualiter^f navem facere debet¹³¹. Finis autem ultimus Christiani populi est vita eterna. Unde apostolus in epistola ad Romanos: Gratia Dei vita eterna^g 132. Ad istum autem finem deducere*
 495 *ad pontificale sacerdotium pertinet, ergo eius erit singulariter imperare in providendo et^h gubernando ac disponendo ea, que sunt necessaria ad predictum finem, etⁱ similiter impedimenta removendo ad memoratum consequendum^j finem. Quam artem philosophus in Ethicis in virtutibus politicis architectonicam vocat¹³³ ex officio, quod habet archos, 500 enim idem^k est quod princeps, et tectum^l, quod pro edificio^m accipitur¹³⁴, ad significandumⁿ, quod principatum tenet supremus^o sacerdos super omne dominium sive principatum in gubernando imperium sive disponendo. Propter rationes iam dictas, quod etiam iure divino Innocentius III. in cap. Solite De maioritate et obedientia probat ex auctoritate 505 Ieremie, cui Dominus loquitur tamquam^p summo sacerdoti: Ecce, inquit, constitui te super gentes et regna, ut evellas et dissipas, edifies et plantas¹³⁵. In qua due clausule ponuntur pertinentes ad correctionem ratione delicti, cum dicit, ut evellas et dissipas^q, due vero clausule pertinentes ponuntur ad constructionem, hoc est ad ordinationem et dispo-*

d) gubernationem navis V₂. e) fehlt V₃. f) quare V₃ R. g) fehlt V₃ R.
 h) erg.: in V₃ R. i) ut P fehlt V₁. j) prosequendum V₁. k) id V₂
 V₃. l) tecchum R. m) officio R. n) signandum V₁. o) summus
 R. p) durchgestrichen: summus V₃. q) dissipas V₂.

131) Thomas von Aquin, *De regimine principum* (wie Anm. 73) I 15 (818) ergänzt durch eine Zusammenfassung von I 15 (815). Unmittelbar davor zitiert Thomas Aristoteles, *Nikomachische Ethik* 1049a 10-15. Tholomeus präzisiert gegenüber seiner Vorlage den Nachweis des Apostelzitats.

132) Rom. 6,23.

133) Vgl. Tholomeus, *De regimine principum* (wie Anm. 73) IV 23, zitiert Aristoteles, *Nikomachische Ethik* 1094 a 13, 25.

134) Vgl. Tholomeus, *De regimine principum* (wie Anm. 73) IV 23, zitiert Aristoteles, *Nikomachische Ethik* 1094 a 13. Ergänzend verwendet Tholomeus den Kommentar des Albertus Magnus zu dieser Stelle. Albertus Magnus, *Super Ethica, Commentum et quaestione*, hg. von Wilhelm KÜBEL (*Alberti Magni Opera omnia* 14,1, 1972) I II 11, S. 9 Z. 39-43: Has autem superiores artes sub quibus aliae ordinantur, vocat „architectonicas“, eo quod sunt principales mechanicae: dicitur enim ab archos, quod est princeps, et tectum, quod est mechanica.

135) *Liber extra* (wie Anm. 4) I 33 c. 6 § 3, 2 Sp. 198; Ier. I,10. Vgl. *Determinatio compendiosa* (wie Anm. 47) c. 5, S. 15 Z. 4-13.